



**M. Antonij Maioragij|| Orationes|| Et Praefa-||tiones**

**Majoragio, Marcantonio**

**Monasterii VWestphal., 1599**

**VD16 ZV 10313**

Alter, de hora vespertina, qua docebat Maioragius, in matutinam  
commutanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68843](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68843)



**LIBELLVS SVP.  
PLEX AD SENATVM,**

**De Hora vespertina,  
qua docebat Maioragius, in matu-  
tinam commutanda.**

**C**Vm vestrae prudentiae atq; auctoritatis sit, P.C. Non solum intelligere, quid in publicis negotiis agatur; verum etiam prouidere, ut omnia, quam fieri potest optimè rectissimeq; gerantur: M. Antonio Maioragio, publico vtriusq; Lingua Mediolani Professori, qui omnia prius expertus est, ne molestus esse videntur, Vobis in praesentia significare visum est, se iam quatuor ab hinc annos magno incommodo suo, studijsq; iuuentutis, hora vespertina Latine publicè docuisse: cum eo tempore forum mercatorum, Gymnasio vicinum, magnis vndiq; clamoribus obstrepat. Nam semper aut pueri vociferantes, huc atq; illuc, dimisso è schola, cursit am: aut aliquis circumforaneus circulator lyra cantu, vel ass: voce plebeios homines congregat, & iuvenes ad se potius audiendum allicit: aut praecepit publicus tuba inclamat, vt, que decret a sunt à Magistratib: enunciet: aut tortor maleficum aliquem in equuleo ostendit: aut deniq; (quod omnium est molestissimum) vaga iuventus & inteperans, quæ per forū illa hora de-

ambulare solet, in Gymnasium ascendit, & vel sibilis,  
vel pulsatione subselliorum, vel pulueris & lapidū con-  
iectu, audiendi cupidos interturbat. Itaq; vos orat at  
que obsecrat, vt pro communi iuuentutis vtilitate, pro  
Civitatis dignitate, pro vestra sapientia, pro honore  
suo, velitis iubat isq; cum vtramq; Linguam matuti-  
no tempore profiteri. Sic enim & omnia prædicta in-  
commoda facile vitabuntur: & multi iuuenes, qui ma-  
nè Græcam lectionem ab eodem audiunt, etiam Lat-  
inam eodem tempore multò libentissimè audient: quo-  
nam bis in die non eis commodum est in forum accede-  
re. Neque hoc villo fiet Othonis Lupani, publici Profes-  
soris incommodo: modò is obseruare velit, quod alias  
auctoritate vestra constitutum est: vt paulò tempesti-  
nius lectionem suam incipiat; & tunc legere desinat,  
cum ære Campano minore signum datur. Eodem enim  
tempore Græcam lectionem in alio Gymnasio Maior agius  
absoluere solet: quare deinde statim Othoni suc-  
cedet, vt Latinè legat: atque hac vñratione studio-  
sa iuuentus si voluerit, vtriusque Professoris quotidie  
Latinam lectionem audire facile poterit. Hac ideo  
Vobis, P. C. significare Maior agius voluit: quoni-  
am certum atque exploratum habet, Vos pro consue-  
tudine vestra, quod fructuosum & utile iu-  
uentuti fore videbitis, illud  
decreturos.